



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Elevtherivs Conf. 6. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

*De mandatis Dei.*

**S**bertinus quoad vixit monachos suos, propositis Dei mandatis, ad perfectam eorum observationem hortabatur. Ne Paradisum speres, si unius mandatorum Dei parere nolueris. Deus Dominus est, potest imperare, nos servi debemus obdire. Honos, fides, & obsequium debentur principibus à subditis, & Deo ab hominibus: his tribus officiis functus eris, si observaveris Dei mandatum observas? memineris non posse te duobus Dominis servire, mundo scilicet & Christo.

2. Nemo immunis est ab observatione mandatorum Dei, quæ facilia sunt, nedum impossibilia. Deut supremus Dominus potuit omnes alligare legibus ut sapientissimus nihil impossibile, ut optimus nihil grave potuit præscribere. Tot homines cujuslibet tatus, sexus, conditionis ea observarunt mandatum. Quid, Dei gratiâ adjutrice, non poteris: quod illi istae?

3. Omnibus igitur mandatis pareas, etenim quod vel in uno peccat, factus est omnium reus, eumque manet æternus ignis: pareas statim ne morte opprimaris, priusquam parueris: pareas alacriter: cui servis potentissimus Rex & suavissimus Dominus est: pareas fortiter, nam ferenda magis omnis necessitas, quam perpetranda aliqua iniquitas. August.

---

**S. ELEVHERIVS Conf.**

6. Septembris.

Non

O. Non omnis qui dicit mihi Domine  
 Domine intrabit in regnum cœlo-  
 rum: Multi dicent mihi in illa  
 die Domine? nonne in nomine  
 tuo Prophetavimus? Et in no-  
 mine tuo dæmonia ejecimus? sed  
 Et nunc confitebor illis quia non  
 novi vos. Matt 7.

**M**inimam laudem à nostro calamo ELEU-  
 THERIUS accipiet, qui maximam jam  
 olim à MAGNO Gregorio accepit. Summa est,  
 D. Gregorium sub ultimum Verni jejunii  
 diem, inediæ, ob imbecilliores stomachum,  
 succubitorum fuisse, nisi pulpam latranti  
 ELEUTHERIUS preces suas objecisset. Id be-  
 neficium Gregorius non modò stylo, sed fa-  
 cundâ etiam picturâ in templo locutus est.  
 Quin & mortuum ajunt ab ELEUTHERIO pre-  
 cibus denuo animatum; sed nos dæmoni ere-  
 ptam prædam laudamus. Fortè ex itinere Di-  
 vus ad sacrum Virginum Asceteriū diverte-  
 rat, in quo puer agebat atri Genii obses. Non  
 ausus est eā nocte malus hospes puerum tor-  
 quere, sanctiorem hospitem veritus; itaque

ille domum patronum suum seqūitur. H<sub>i</sub>  
etiam pacem crederes: sed induciæ tantum  
erant. Dum enim ELEUTHERIUS alieni Co-  
nobii vires elevat, suas laudat, redux velu-  
ex insidiis hostis, solo adolescentulum affligi-  
miserisque modis discruciat. Sed obfuit pro-  
vocasse ELEUTHERIUM. Neque enim hi  
prius cum suis pugnare precibus desiit, quā  
penitus statione non suā Orcum pepulisse.  
Nunc similes pugnas cur non spectamus? an  
ne quos dæmon timeat, ELEUTERII, an quo  
agitet, pueri desunt? Ex Graſio.

## M E D I T A T I O.

*De nimia salutis sue confidentia.*

1. Quia S. Eleutherius jactabat se coram mona-  
chis suis quod dæmonem ejecerit è puer,  
dæmon iterum pueri corpus subiit. Sic inest in multis  
vana quædam de salute fiducia. Paucis quibusdam  
operibus nostris confidimus: nunc tamen credere  
potius deberemus etiam si *omnia fecerimus*, nos servi  
*inutiles esse*. Quare ergo cum Phariseo tam sæpe blan-  
dimur nobis ipsis. *Gratias tibi ago quia non sum sicut*  
*cæteri homines; jejuno bis in Sabbatho, do decimas* &  
Luc. 18.

2. Quid amabo? & quo titulo speras te Paradisi  
gaudiis potiturum? an tuis piè factis? quid adhuc bo-  
ni egisti? an meritis Christi? sine ullo opere tuo re-  
demit quidem Christus, *sed non Salvabit te sine te*, Au-  
gustin. Igitur tantum confidis diuinæ bonitati, &

ur. Hac bonitate freatus parum Christianam vitam vivis;  
tantum ab nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est; toties  
enī Cœ  
ux vel  
n afflig  
fuit pro  
nim h  
t, quān  
pulisse  
us? an  
an quo

3. Plerique sanctorum vitam durissimam egerunt,  
& tamen morte imminente tremuerunt, tu vero nihil  
times? unde hoc? non ex fortitudine, sed ex modica  
fide. *Formido exire* inquit Bernardus, & *in ipso portus*  
*ingressu contremisco*, dum non confido propè existere qui ex-  
cipiat exeuntem.

---

## S. STEPHANVS EPISCO- PVS CONFESSOR.

7. Septembris.

*Qui manducat meam carnem, &  
bibit meum sanguinem, in me ma-  
net & ego in illo. Joan. 7.*

A Spera & inculta terrarum habitare D.  
Brunonem ajunt. Viridaria rectius di-  
cerent, quæ tam nobiles nobis flosculos sub-  
mittunt. Atque hem tibi ex his STEPHANUM  
Lugduni Galliarum nobili Familiâ satum:  
Hic vitæ reliquæ in ipsis cunis bullaque præ-  
ludens, quem diem patienti Christo dicamus,  
materni lactis abstinentiâ sanctum habuit.  
Amorem suum Christum sub pane latenter  
quoties contemplatus fuit, putasses æstu ab-

L 3

su-